

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19**

**Paulus <Diaconus>**

**[S.l.], [9. Jh.]**

Beatus Augustinus episcopus: sermo in natale plurimorum martyrum

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

nisi eum quem inuita sua fuerat  
contemplatur. . . Dicens enim.  
hora est . de corpore exiit . . .

Quia & ih̄s per actis omnibus cum  
dixisset consummatū est . incli  
nato capite tradidit sp̄m . . .

Quod dicitur dñs fecit ex potestate  
hoc egit famulus ex uocatione . . .

Ecce cotidiana hostiae illa cum  
elemosinis & lacrimis missa lega  
tio . quantum cum rege uenien  
te gratiae pacem fecit . . .

Relinquat ergo omnia qui potest .  
quia autem relinquere omnia non  
potest . cum adhuc rex longe est .  
legationem mittat lacrimarum .  
elemosinarum . hostiarum mune  
ra offerat . . . Vult enim placari  
precibus . qui scit quia postari  
non possit iratus . . . Quod adhuc  
moram facit uenire . legationem  
pacis sustinet . . . Venisset iam  
namque si uellet . & cunctos suos  
aduersarios trucidaret . . .

Sed & quam terribilis ueniat in  
dicat . & tamen ad ueniendum  
tardat . quia non uult inuenire  
quos puniat . . . Rex tamen nobis  
contemptus nostri denuntiat  
dicens . . . Sic ergo omnis qui non  
renuntiat omnibus quae pos  
sident . non potest meus disci  
pulus esse . . . Et tamen  
sperandae salutis remedium

confest . quia qui per iram non  
potest ferri . per postulatae pacis  
uult legationem placari . . .

Lauate ergo fr̄s km̄i lacrimis ma  
culas peccatorum . elemosinis ter  
gite sacris hostis expiate . . .

Nolite possidere per desiderium .  
quae adhuc per uisum minime  
reliquistis . . . Spem in solo redemp  
tore figite ad aeternam patriam  
mente transte . . . Si enim nihil  
in hoc mundo amando possidetis .  
& iam possidendo cuncta reli  
quistis . . . Ipse nobis gaudia desi  
derata concedat . qui nobis de  
ternae pacis remedia contulit .  
ih̄s xp̄s dñs noster . qui uiuit & reg  
nat cum patre in unitate sp̄s sc̄i  
d̄s per omnia saecula saeculorum . Am.

## INNOVVMRMR

LXXXIII

Sermo beati Augusti  
N. I. P. I. S. C. O. P. I .

Salmvs qui

cantatur dño . uide  
tur sc̄is m̄st̄rib;  
conuenire . Sed si

membra xp̄i sumus sicut

esse debemus . ad omnes nos  
pertinere intellegamus . . .

Qui seminant in lacrimis in  
gaudio metent . eunter ibant  
& flebant . mittentes semina  
sua . uenientes autem uenient

in exultatione tollentes manipu-  
los suos. Quoeuntes. & unde ue-  
nientes. quid seminantes in lacri-  
mis. quae sunt semina. qui mani-  
puli. Eunter in morte. ueni-  
entes a morte. Eunter nasce-  
ndo. uementes resurgendo.

Seminantes bona opera. metentes  
mercedem aeternam. Semina  
ergo sunt nostra. quicquid boni  
fecerimus. Manipuli nostri.  
quod in fine recipiemus.

Sic ergo bona sunt semina bona ope-  
ra. quare cum lacrimis. cum hila-  
ritate datorem diligit deus.

Hic primum uideate karissimi  
quomodo maxime ad beatos mar-  
tyres uerba ista pertineant.

Nulli enim tantum in penderunt.  
quam illi qui se ipsos in penderunt.

Sicut dicit apostolus paulus.

Et ipse in pendar pro animabus uestris.

In penderunt enim se ipsos confi-  
tendo christum. & implendo in eius  
adiutorio quod dictum est.

Ad mensam magnam sedisti. scito  
quo talia te oportet preparare.

Quae est mensa magna nisi unde  
accipimus corpus christi & sanguinem.

Quid est scito quo talia te oportet  
preparare. nisi quod beatus iohan-  
nes exponit. Sicut christus pro  
nobis animam posuit sic & nos de-  
bemus animas pro fratribus po-

nerere. Ecce quantum in pende-  
runt. sed num quid perierunt.  
quando securitatem ad deum  
de capillo acceperunt. Perit manus.  
ubi non perit pilus. Perit caput. ubi  
non perit capillus. Vbi non perit palpebrae perit  
oculus. Haec ergo magna ac-  
cepta securitate. in penderunt se  
ipsos. Operibus ergo bonis se-  
minemus cum tempus est. di-  
cente apostolo. Qui parce se-  
minat parce & metet.

In fatigabiles inquit cum tempus  
habemus operemur bonum ad  
omnes. maxime autem ad do-  
mesticos fidei. Et iterum.

Bonum inquit facientes non defi-  
ciamus. tempore enim suo meten-  
mus. Quid defecerit in semine.  
non gaudebit in messe. Quare  
ergo in lacrimis. cum omnia bona  
opera nostra habere debeant  
hilaritatem. & quidem de mar-  
tyribus dici potest. quia cum la-  
crimis seminauerunt.

Fositer enim ceciderunt. & in  
magnis tribulationibus fuerunt.

Nam ut eorum lacrimas christus conso-  
laretur. transtulit eos & trans-  
figurauit eos. & dixit.

Tristis est anima mea usque ad mor-  
tem. Verum tamen fratres mei  
uideatur mihi quod caput nostrum  
infirmioribus suis membris con-

passum est. ne se forte membra  
infirmia desperarent.  
**S**icut est humana fragilitas.  
in morte propinquante pertur-  
barentur & dicerent. non se  
ad dñm pertinere. Nam si per-  
tinerent gauderent. Ideo  
prius xp̄s dixit. tristis est anima  
mea usque ad mortem.  
**P**ater si fieri potest transeat a me  
calix iste. Quis hoc dicit.  
quae potestas. quae infirmitas.  
audite quid dicit. Potestatem  
habeo ponendi animam meam  
& potestatem habeo iterum sumen-  
di eam. Nemo eam tollat a me  
sed ego pono eam. & iterum sumo  
eam. Haec potestas tristis erat  
quando faciebat. quod non face-  
ret nisi uoluisset. Potestate enī  
fecit non conditione. quia ipse  
uoluit. non quia iudaeus potuit.  
**T**rans figurauit ergo in se infir-  
ma membra corporis sui. & forte  
de illis dictum est. qui seminant  
in lacrimis in gaudio metent.  
Id est de infirmioribus. Non  
enim in lacrimis seminabat ille  
ipsius xp̄i magnus prece. quan-  
do dicebat. Ego enim immo-  
lor & tempus meae resolutionis  
instat. bonum testamentum ceptum  
cursum consummaui fidem  
seruari. de cetero super est mihi

corona iustitiae. Corona de  
manipulis super est inquit mihi  
corona iustitiae. quam reddet  
mihi dñs in illa die iustus iudex.  
**Q**uasi diceret reddet mihi messem.  
cum e ipsum inpendo sementem.  
**H**aec uerba quantum intellegi-  
mus fratres. exultantissunt  
non plorantis. numquid quan-  
do ista dicebat. in lacrimis erat.  
**N**onne similis erat hilari datur  
quem diligit dñs. Ad infirmos  
ergo referamus haec uerba.  
ut nec ipsi desperent qui in lacri-  
mis seminarunt. Quia & si  
seminarunt in lacrimis. transit  
& dolor & gemitus. transit tris-  
tia cum fine. & uenit laetitia sine  
fine. Verum tamen km̄i ecce  
quomodo mihi uidetur ad om-  
nes pertinere quod dictum est.  
qui seminant in lacrimis in gau-  
dio metent. eunteribant & fle-  
bant mittentes semina sua. ue-  
nientes autem uenient in exul-  
tatione stollentes manipulos suos.  
**A**udite si adiuuante dño explica-  
re potuero. quem admodum  
ad omnes pertinet. eunteribant  
& flebant. Ex quo nascimur  
imus. Quis enim stat. quis non  
ex quo uiam intrauit cogitur  
ambulare. Infant natus est  
crescendo ambulat. Moss

finis est. in die iam ueniendum est. sed cum exultatione.

Quis enim non hic plorat in uia ista mala. quando ipse infans inde incipit. Vtique infans quando nascitur de angustis uteri in huius mundi latitudinem funditur. de tenebris procedit ad lucem. Et tamen de tenebris ueniens ad lucem plorare potest. ridere non potest. Et ridet homines. & plorat homines.

Et quod ridet homines plorandum est. Sed plorat alius damnum suum. plorat alius presuram suam. quia in carcere est constitutus. plorat alius quod amisit mortuum aliquem carissimorum suorum.

Ille hinc. ille hinc. Iustus inde. primo debet omnibus. Iustus enim plorat ueraciter. plorans steriliter. Plorat plorans. plorat ridens. Quia & qui plorat de rebus uanis inaniter plorat. & qui ridet de rebus uanis malo suo ridet.

Ille ubique plorat. plus ergo ipse plorat. Sed ueniens cum exultatione postantem manipulos suos. Vides ergo hominem iustum cum facit opus bonum hilarem esse. ita

plane hilarescit. Hilarem enim datorem diligit deus. Quando ergo plorat. quando bona opera sua orando commendat. Orationes sanctorum uoluit commendare psalmus. orationes peregrinantium. orationes in hac uia laborantium. orationes amantium. orationes gementium. orationes aeternae patriae suspirantium. donec ea uisa facientur. qui nunc in merore sunt constituti.

Etenim fratres mei quamdiu sumus in corpore. peregrinamur ad deum. Non desiderat patriam peregrinatio sine lacrima. Si desideras quod non habes. funde lacrimas.

Nam unde dicitur super deum. posuisti lacrimas meas in conspectu tuo. Unde dicitur super deum. factae sunt mihi lacrimae meae panes die ac nocte. Panes mihi factae sunt. consolatae sunt. esurientem. pauertunt gementem. Factae sunt mihi lacrimae meae panes die ac nocte. unde dum dicitur mihi cotidie ubi es deus tuus. Quis iustus non habuit istas lacrimas. qui non habuit peregrinum se esse non doluit. Qua fronte ad patriam uenit. qui non absens suspi-

rauit. Nonne cotidie nobis  
dicitur. ubi est dñs tuus.  
**O**isate fr̄ mei. discite de paucis  
esse. bene uiuite ambulate ui  
am dñi. & uidete quia auditis  
ubi est dñs tuus. Felices eritis  
cum hoc audieritis. infelices si  
dixeritis. Quando enim de  
fendimus fidem xp̄ianam. &  
respondetur nobis ecce predica  
tur ubique nomen xp̄i. quare  
abundant mala. quid aliud  
dicitur nisi ubi est dñs tuus.  
**Q**uia audit gemit. quia quid dicit  
perit. Sunt lacrimae piorum  
sunt lacrimae sc̄orum. quas  
inducant orationes eorum.  
**B**ene operatur & hilaris est. &  
plorat ut bene operetur.  
**P**lorat quia bene operatus est.  
plorando exigit bonum opus.  
plorando commendat bonum  
opus quod fecit. Crebrae  
ergo sunt lacrimae iustorum  
sed in ista uita. num quid in pa  
tria. Quare non in patria.  
quia uementer uenient in ex  
ultatione postantes manipulos  
suos. Felicitas uenit. num  
quid lacrima redit. Porro  
autem illi qui hic maniter plo  
rant. maniter rident. cupidi  
tatibus suis dissipati quando  
fraudentur gemunt. quando

fraudentur exultant. Plorant  
& ipsi in uia ista. plorant & ipsi  
sed non exultatione. Uemen  
tes autem uenient in exultatio  
ne postantes manipulos suos.  
**Q**uid colligunt qui nihil semina  
uerunt. Immo colligunt sed  
quod seminauerunt. Quia spi  
nas seminauerunt. ignem colli  
gunt. Et eunt non defletu.  
ad risum. sicut sc̄i euntes ibant  
& flebant mittentes semina sua.  
uenientes autem uenient in ex  
ultatione. Illi a fletu ad fle  
tum. a fletu cum risu. ad fletum  
sine risu. Quid enim illis si  
quo eunt quando resurrexerint.  
quid nisi quod dñs dixit. ligate  
illis manus & pedes & proicite  
illos in tenebras exteriores.  
**A**ge quid postea tenebrae erunt  
& dolor non erit. forte palpabunt.  
sed non dolebunt. non uidebunt.  
sed non cruciabuntur. absit.  
**N**on solae tenebrae erunt. non eis  
sola tollitur species quae gaude  
bant. sed datur & iam quod in  
aeternum gemant. Ne con  
temneres enim tenebras o quis  
quis es flagitiosus. quis oles prop  
ter tua mala facta & propter  
lasciua adulteria. non solum  
tenebras non horrere sed que  
re re. Quis oles plus gaudere

quando lucerna & extinguitur.  
nontales tenebras habebis. ubi  
gaudebis. ubi laeteris. ubi te  
uoluptatibus carnis oblecter.

**N**on fuerunt ipsae tenebrae. sed  
quomodo erunt. Ibi erit &  
fl&us & stridor dentium.

**T**ortor sine defectu. tostus sine  
defectu. nec quitorquetur & fatiga-  
tur. nec quitorquetur & moritur.

**E**rgo erunt aeternae lacrimae  
illis qui sic uixerunt. erunt  
aeterna gaudia sc&orum.  
quando uenientes uenient in  
exultatione postantes manipu-  
los suos. Dicent enim messis  
tempore domino suo.

**D**ne adiuuante te fecimus quod  
iussisti. redde quod promis-  
ti in aeternum.

### **ITEM INFESTIVITATE MARTYRUM.**

**LIC S&I IUA SIC LUCAM.**

**I**n illo temp. Descendens ihc de  
monte. stetit in loco camp&ti.  
Et dixit.

### **SERMO VENERABILIS BE- DAE PR&BI DE IADIM LEC- TIONE**



**E**T IPSE BLEVA-  
tis oculis in discipu-

los suos dicebat. beati pauperes  
quia uestrum est regnum di.

**E**t si generaliter omnibus loqui-  
tur. specialius tamen oculos  
saluator in discipulos leuat.  
ut his qui uerbum intentae cor-  
dis aure percipiunt. latius sa-  
poris intimi lumen aperiat.

**C**ui simile est quod matheus ait.

**E**t cum sedisset & accesserunt ad  
eum discipuli eius. & aperient  
os suum docebat eos dicens.

**B**eati pauperes sp&u. Nam qui  
bus os in monte sedens aperit  
ut magna sublimiter audiant.  
meos oculos stans in campo diri-  
git. ut audita patenter intelle-  
gant.

**B**eati itaque pauperes  
non utique omnes. sed illi tantum  
modo qui omne praesentis saeculi  
tam & si altum uideatur. promi-  
hilo cubnen ducunt. Qui me-  
rito regni caelestis perhibentur  
munere digni. quia del&tati-  
onis humanae probantur cupi-  
ditate nudati. Quia lem se  
rex dauid pauperiem sustina-  
isse declarans ait. Ego uero  
egens & pauper sum. Et alibi  
non modo terrestria sed & ipsa  
pro dno super caelestia parui-  
pendens dicens q. quid enim mihi  
restat in caelo. & ecce quid uolui  
super terram. Mox ubi spei